

Lib. XLVII. Tit. I.
De privatis delictis.

- §.1.** *Delictum* h.l. est factum in se illicitum, immediatè contra legum prohibitionem sponte commissum, quo ad præstandum quid patiendumve quis se obligat.
- §.2.** (1) *Genus* est *Factum commissum*, non cogitatio, in fore Civili. De *Conatu* (nisi crimen enormiter lædat publicum.) not. Si *actus* qui ad delictum tendit, sit
1. à parte tantum *agentis perfectus*,
 1. *volente læso vel lædendo*
directè: non est delictum civiliter.
indirectè: est delictum, & ordinariè punitur.
 2. *nolente*: est delictum.
 2. etiam è parte *agentis imperfectus*, v. g. impeditus
 1. *internè*, pœnitentiâ
absq; aliorum injuriâ: non est delictum.
cum aliquâ: est delictum, sed leviter punitur.
 2. *externè*, resistentiâ, interventione: est delictum, sed extraordinariè punitur, si invitus fuit impeditus.
- §.3.** (2) *Principia* sunt vel *interna* ut *Spontaneitas*, vel *externa* §.7.
- SPONTE fit delictum
1. *perfectè*, vel *dolo*,
 vel *imperu*, affectu } ordinariè punitur.
 2. *imperfectè*, *Culpâ*, negligentia: extraordinariè punitur.
 nisi publicè interfit.
- Ignorantiâ* quæ est
 vel *cum* electione: & non excusat,
 vel *sine* electione, estque *Ignorantiâ*
 vel *juris naturalis*: & non excusat,
positivi: & in novitiis & advenis excusat,
 allegans probare debet.
 vel *facti*: excusat.
- §.4.